

Consuetudines Collegij et Vniuersitatis Sancti Ildefonsi oppidi De Alcala De Henares per Illustrem et Reuerendissimum in Christo Patrem et Dominum D. Fr̄m Franciscum Ximenez De Genere Sacro Sancte Romane Ecc̄e. tit. Sancte Babine Lebrum Car. Hisp̄nie Archiepm̄ Toletan̄ & F. Ipius Collegij et Vniuersitatis fundatorem edite et ordinate sequuntur.

De titulo et inuocatione Collegij et
Numero collegiarum et capellanorum

Item statuimus et ordinamus q̄ in nro Collegio: quod nos auxilio diuino sub titulo et inuocatione S̄ Ildefonsi intra muros nostri oppidi De Alcala De Henares a fundamentis constructi fecimus Doctauimus atq̄ creximus sint perpetuis futuris temporibus Triginta tres prebendati. Quorum unus sit caput et rector totius Collegij et Vniuersitatis. Sint etiam ultra prebendos in eodem Collegio Duodecim capellani sacerdotes seculares. Quorum tres teneantur ministrare sacramenta necessaria omnibus et singulis habitantibus in Collegio tamq̄ pprijs parrochianis. Vocenturq̄ ratione prefate administrationis capellani maioris. Sit etiam vnus ex alijs nouem capellanis sacrista maior: ad quem pertineat custodia et sollicitudo eorum que ad prefatam ecc̄. S̄ Ildefonsi expectant et alia ad eius officium concernencia ut inferius explicabitur. Reliqui vero octo capellani sint in partem et sollicitudinem totius regiminis et administrationis eorum que ad ministerium et seruicium Ecc̄e prefate: et ad alia quecumq̄ negotia ipsius Collegij pertineant quoquomodo prout Rectori et Consiliarijs uisum fuerit expedire. Qui appellentur capellani minores. Habitentq̄ tam sacrista maior quam prefati octo capellani minores in cameris que sunt intra sacristiam et alios eidem ecc̄ie contiguos ad hoc deputatis nisi ex aliqua iusta causa Rectori et Consiliarijs uisum fuerit fore magis necessarium uel utile aliquem eorum in aliqua alia parte domus esse collocandum. Deputenturq̄ a Rectori et Consiliarijs duo ex prefatis octo capellanis ut principaliter intendant cum sacrista maiore circa eius officium: sicut idem Rector et Consiliarij disposuerint. Sint insuper in eodem Collegio Duodecim familiares. Quorum familiarium vnus sit dispensator minor. Alius uero coqus. Reliqui autem decem deputentur pro communi seruicio domus arbitrio Rectoris et Consiliariorum. Habeatq̄ prefatus dispensator minor pro salario singulis Annis quadraginta argenteos. Coqus autem habeat quod Rectori et Consiliarijs videbitur. Dum tamen non excedat summam octidaginta Argeutorum. Alij vero decem habeant singuli viginti Argeutores. Et insuper cuilibet dictorum familiarium detur singulis Annis vna vestis superior que dicitur Camis: et sit eiusdem Camis quo vestiuntur Prebendati.

56.
Et nullus de omnibus et singulis in eis contentis possit aliquam preten-
dere ignorantiam statuimus ut unus liber istarum Constitutionū
sit semper affixus in libraria eiusdem Collegij cum sua cathena
ubi ipsarum copia ab omnibus et singulis facilius haberi possit
ultra volumen nro sigillo munitum et roboratum. quod in
archiuis ipsius Collegij ubi libri possessionū et reddituū eiusdē
reponuntur perpetuo decernimus permanere. Aliud vero mane-
at semper penes Rectorem. Et insuper volumus q̄ saltem semel
in anno immediate post festum sancti luce legantur prefate
constitutiones in Refectorio hora prandij et cene. ut plenius ad
noticiam omnium et singulorum in eodem Collegio habitantiū
possint pervenire.

Acta fuerunt hec in domibus solite habitationis prefati Ill^{mi} & R^{mi}
D. sub anno indictione Mense et die ac pontificatu et r̄. Et solenni-
ter publicata vniuersis et singulis Rectori Regentibus. Cathedrali-
cis lectorib^{us} Capellanis Collegialib^{us} ac multis alijs Magistris Doctoribus
licen^t Bachalaris et scholaribus eiusdem Collegij et vniuersitatis:
in Capella sancti Ildefonsi prefati Collegij presente vniuerso clero
et maxima parte populi eiusdem oppidi. Assistente prefato Ill^{mo}
et R^{mo} D. et p̄ntib^{us} ibidem R^{dis} ac magnificis Dns. D. Ioāne De
velasco Ep̄o Calagurritano et D. Petro de Ayala Ep̄o Tubicensi
et Dno Antonio de garay Ep̄o Sebastensi. Et D. gursia de villa
herruel prefato de Cargola testibus ad premissa vocatis pa-
riter atq̄ rogatis.

Car^{ls} de Bal^{comilla}
Cath^{edra} Pol^{itana}

Et ego Christophorus Comarinas eiusdē Ill^{mi} et R^{mi} D. Secretarij
publicus Aplica & imperiali auctoritatib^{us} Notarij dū sic apresa